

EXPERIMENTUM XI.

Foemina, 40. annorum, vehementi membrorum, articulorumque omnium dolore laborabat.

Dolor hic in principio vagus erat, dein figebatur in uno alterove articulo, tandem iterum permeavit omnia membra, dein per aliquot dies fere penitus evanuit.

Formabantur sensim in manuum & digitorum articulis nodi, ac tophi du-
rissimi.

Hac ratione jam per integrum annum bona ac firma sanitate destituebatur.

Tres nunc menses sunt, quod dolores fixam in pedibus manibusque sedem oc-
cuparint, tanta quidem vehementia, ut nec pedibus insistere, nec manus citra

fumnum dolorem moveare potuerit;
contrahere digitos erat impossibile.

Etenim præterquam, quod dolores
acutissimi id impediverint, aderant ad
phalangum articulationes tophi (quasi
veræ exostoses) qui mole nucem juglan-
dem majorem superabant, nec præ dolo-
re, ferebant ad tactum, & ideo noctes
erant quoque insomnes.

Misera hoc in statu ferebatur ad no-
strum nosocomium.

Quum per integrum hoc tempus va-
riis usa esset remediis sine ullo effectu,
eonsultum credidit solertissimus Domi-
nus Collin, ut illico daretur pulvis de aco-
niti extracto.

Spatio trium quatuorve dierum sum-
ma cum lætitia vidimus, cessare penitus
dolorem in aliquibus partibus, & in re-

li-

liquis diminui adeo, ut jam noctes essent
tranquillæ, rediretque appetitus, antea
omnino deletus.

Secunda septimana jam liberius mo-
vit pedes, & manus.

Sub finem primi mensis in manibus
fere omnes dolores disparuerunt, tophi
erant minores, ferebant ad tactum ru-
diorem, & jam poterant digiti manuum
flecti.

Pulvis nec per alvum, nec per urinam,
nec per vias sudoriferas nobis manife-
stam evacuationem ostendit, ægra antea
morosa, & debilis, jam jucundior siebat,
sed sit in lecto, & loquebatur aliis.

Finito secundo mense ne minimus
aderat dolor in manibus, quidam tophi
jam penitus evanuerunt, quidam autem
erant adeo parvi, & molles, ut nec ter-

tia voluminis pars amplius superstes fuerit.

Ægra jam firmos pugnos poterat formare; vires augebantur quotidie.

Tertio nunc mense continuat pulveris usum, & tophi fere quotidie minuntur, & dolores cesserunt in omnibus membris, atque articulis.

Finito tertio mense solo hujus pulveris usu curata valedixit nosocomio.

EXPERIMENTUM XII.

A Ncilla, viginti aliquot annorum, malo venereo pessime afficiebatur.

Orti sunt plures in capite tophi, qui magnitudine ovum gallinaceum superabant.

Glan-